



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Posteriores Libros Septem De Habituali Gratia, Sanctificatione
Hominis, Ac Merito

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1621

Cap. X. Utrum actus virtutum moralium acquisitarum, de se sufficient ad
meritum de condigno, vel relationem supernaturalem requirant, & quæ illa
sit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94104)

11.
Extenditur
inductio ad
alias mora-
les virtutes
infusas mi-
nus perfect.

*Predicta
virtutes in
indiuuuo
possunt esse
magis me-
ritoria cha-
ritate re-
missa.*

Tandem ex his potest fieri inductio ad alias virtutes morales per se infusæ. Nam licet non sint tam perfectæ sicut præcedentes, neque ita immediate attingant Deum etiam vt obiectum, *cum*, nihilominus cum ex dictis constet, non esse necessarium ad meritum de condigno, vt fit actus perfectissimus, neque vt attingat Deum vt obiectum, *quod*, nec vt habeat summam proportionem cum præmio beatitudinis, ex quadam paritate generali recte colligimus, etiam actus aliarum virtutum moralium per se infusæ esse aptos ad ideum meritum, quia sunt eiusdem ordinis, & quia sunt media proportionata, & quasi viæ tendentes ad illum finem, ac terminum: nam licet non sint viæ ita directæ, vt sic dicam, inde inferri non potest esse incapaces talis meriti, etiam si per se, ac præcise fiant, sed ad summum non esse tanti meriti secundum species suas. Quod ideo addo, quia in indiduo interdum, omnibus pensatis, possunt esse maioris meriti, vt patet, si actus heroicus forsitutudinis, castitatis, iustitiæ, aut misericordię, ad remissum actum charitatis comparetur: nam certè secundum æstimationem morealem plus apud Deum valebit, cum ab amico, & ex mortuo super naturali fiant, ratio autem meriti attendenda est secundum morealem actum æstimationem, non est ergo cur isti actus per se, & scilicet alia ratione quasi extrinseca non sint meritorij de condigno. Obiectiones autem, quæ contra hanc partem fieri possunt, in sequenti capite dissoluemus.

C A P V T X.

*Virum actus virtutum moralium acquisitarum de
se sufficientem ad meritum de condigno, vel rela-
tionem supernaturalem requirant, &
quæ illa sit?*

Vazq. aliter, quam
ceteri opinionē hanc
tuetur.

2.
Fundamen
tum vtrif-
que com-
mune.

SYpponimus sermonem esse de his actibus, quantum est ex parte ipsorum, & concurrentibus alijs conditionibus requisitis, & præferunt gratia ex parte personæ operantis. Quo supposito, est prima sententia affirmans, omnes actus virtutum moralium acquiriturum esse meritorios de condigno hominibus, etiam si fiant sine supernaturali relatione, vel motione non solum charitatis, sed etiam cuiuscunque alterius virtutis infuse. Ita tenet Soto lib. 3. de Natur. & grat. capit. 4. & sequitur Medin. l. 2. q. 18. art. 7. dub. penult. & q. 114. art. 4. & tribui etiam solent Victoria, iulio & D. Thomæ & antiquis Thomistis, de quibus postea dicemus, & pro illa acriter pugnat Valq. l. 2. disp. 207. eam tamen modo longe diuerso defendit. Nam priores auctores supponere videntur, ad meritum de condigno non esse per se, ac simpliciter necessarium auxilium gratiæ actualis, sed sufficere habitualem gratiam, quæ dignificando personam, dignificat etiam omnes bonos actus eius, & reddit illos gratos, & acceptabiles Deo, ideoque licet inferioris ordinis sint, eleuat illos, vt sint apti ad meritum de condigno etiam essentialis præmij. Vnde de quod Concilia, & Patres dicunt, omne opus meritorium esse ex influxu gratiæ, putant sufficienter saluari per hunc quasi moralem influxum habitus gratiæ in huiusmodi actus. At vero P. Vazquez negat, hoc sufficere: putat vero huiusmodi actus fieri non posse vquam sine actuali auxilio gratiæ, quod ex hac parte ad meritum de condigno sufficiat, in reliquo vero dicti auctores conveniunt.

Fundamentum illis commune est illud fere, quod nos supra adduximus ad probandum, hæc moralia opera esse meritoria de condigno, quia illis promittitur beatitudo, & ex illis proponitur nobis forma futuri iudicii. Cui fundamento additur, quod Scriptura non restringit has promissiones ad actus morales virtutum per se infusarum, vt ex absoluto mo-

do loquēdi Scripturæ constat non est ergo nobis signum illam restrictionem addere, cum nequæ Concilij, nequæ à sanctis Patribus addatur. Præsertim cum de his virtutibus moralibus infusus vix aliquid apud sanctos Patres reperiatur, & inter Scholasticos incertum sit utrum detur: ergo cum certum sit hoc additum morale esse meritorium, non est ad fundamentum incertum de illis virtutibus reuocandum. Etsimili argumento excludunt necessitatem alterius relationis, quia neque ex Scriptura, vel ex alijs principijs fidei, neque ex natura rei, seu ratione naturali necessitas illius relationis ad meritum offendi potest.

Secunda opinio parum differens à precedenti docet, hos actus posse quidem esse meritorios de cōgido, negat tamen ad hoc sufficere habitualem gratiam, vel charitatem personæ, sed necessarium esse, vt aliquo modo per charitatem referantur, propter fundamenta, quæ statim in alijs opinionibus referemus. Addit vero hæc opinio sufficere relationem per aliquem actum vniuersalem etiam omnino præteritum, quam nos obiectiui vocauimus. Ita sentit Cappelus in 2. d. 41. qu. 1. art. 1. concl. 2. & Caietan. 1. q. 21. articulo 3. quatenus sentit in homine iusto omnem actum esse meritorium, vel demeritorium. Addit vero hoc pendere ex alia questione de præcepto charitatis, quam remittit in questionem 100. vbi in art. 10. iterum illam remittit in 2. q. 44. art. 4. vbi nihil de eâ dixit. In prioribus autem locis fimplici indicat sufficere ad meritum opus aliquum virtutum, quod homo impleuerit charitatis præceptum, quia quilibet (inquit) habens charitatem, ex hoc ipso, quod est in charitate, diligit Deum ex toto corde, habens ipsam pro vltimo fine, & ac per hoc sui ipsius, & consequenter suorum omnium finem, à quo in charitate non efficit. Et idcirco (adicit) non oportet pios mentes scrupulo agitari, quomodo præceptum impleant, vt omnia in gloriam Dei faciant. In quibus verbis videtur, vel cum prima opinione sentire, vel ad summum postulare tantum vnum actum, quod implendum charitatis præceptum sit sufficiens. Vnde etiam 1. q. questione 109. articulo 9. sentit posse hominem iustum facere aliquod opus bonum, & meritorium sine auxilio gratiæ. Et huic sententiæ fauet etiam Diuus Thomas in 2. d. 40. questio. 1. articulo 5. ad 3. quamuis ad 6. aliquantulum recedere videtur, & ad 3. de Virtutibus, seu vnicione de Charitate, art. 3. præferunt ad 3. & 9. vbi ad rationem meriti requirit in actibus virtutum moralium in informationem charitatis, sentit autem sufficere informationem per ipsum tantum habitum, vel ad summum per aliquem generalem actum ipsius. Et hanc opinionem in resequit Valentia 2. tom. disp. 8. q. 6. punct. 3. Porro, cum sequentibus vbi diffunditione ait, vel quod antea allecatus vniuersalis præcefferit, vel quod operans sit affectus erga Deum, vt qui quid boni facit, sine diffi- cultate in Deum referret, si in memoriam veniret.

Fundamentum huius sententiæ in primis suppo-
nitur aliam relationem charitatis ab operante fa-
ctam esse necessariam ad meritum, in quo conuenit tum cum
cum sequenti sententiâ, ubi illius probationes esse aliquas
remus. Deinde addit, hanc relationem generalem, latius
seu obiectum esse sufficientem, quod luaderi po-
test primo, quia ille actus præcedens fufficit, ut boni meriti,
actus postea facti in supernaturali finem referatur: suffici-
nam iuxta doctrinam D. Thomæ 1. 2. q. 1. artic. 6. ad 3. ut obiectum
Virtus prima intentionis, quæ est respectu ultimi finis, manet namque
in quolibet appetitu cuiusque rei, etiam si de ultimo fine non
actu non cogitetur: ergo etiam prima intentio hominis illi iudicio
iustificati, quæ se conuertit in Deum, se, & omnia sua prima
in illum referendo, sufficit, ut omnia bona opera
subsequentia ex vi illius intentionis in finem eius refe-
rerantur. Secundo potest hoc confirmari, quia illa *subiecti*
voluntas de se est efficax, & non est retractata, ut *seculum*
supponitur: ergo sufficit ad morem relationem
subsequentium actuum, etiam si nulla eius memoria,
vel alius physicus effectus perseveret: nam hæc rela-

2. 10.

io moraliter potius, quam physice pefanda est. Tercio fauet huic fententia, quod mitigat rigorem eorum, qui maiorem relationem requirunt, & fatisfacit Scripturis, vel Patribus, qui aliquam relationem postulare videntur, ac denique, quia hoc fatis est, vt talia opera aliquo modo fupernaturali fiant.

5. Opinio 3. ad meritum operum moralium, relationem charitatis, & nihilominus docet illam obiectam relationem non fufficere, vnde concludit effe neceffariam relationem virtutalem. Hanc opinionem fequuntur alii qui moderni, & in hunc modum interpretantur fententiam D. Thomae, & antiquorum Theologorum, qui relationem actualem charitatis postulare videntur. Ex quibus Bonauent. in 2. diftinct. 4. art. 1. qu. 3. ad vltim. fatis exprefse ita fuam fententiam explicat, & indicant alij titum citandi. Et quidem fi relatio charitatis fupponatur neceffaria per actum aliquem operantis, fatis poteft hac fententia perfuaderi contra praecedentem. Quia fi actus fuit vniuerfalis, & ita praecelsus, vt nec memoria, nec virtus aliqua eius relicta fit, nihil omnino inluit in actum particularem, qui nunc fit, & ideo talis intentio extrinseci finis, non fufficit ad dandam actui nouam speciem bonitatis, vel malitiae ex tali fine, quia reuera non fit propter illum finem. Ergo fimiliter in praefenti talis intentio non fufficit ad meritum, fi alioquin intentio operantis neceffaria est. Et confirmatur, quia ille homo perinde fe habet in praefenti tempore in ordine ad praefentem operationem, ac fi praecedens actus non praecelsisset, fed tantum haberet charitatem in habitu, quia ille praeteritus actus folum in habitu manet, quem fortaffe auxit: ergo fi folus habitus charitatis etiam intenfus ad meritum actus non fufficit, profecto neq. actus ille praecedens fufficiet, vel fi vltra habitum non est neceffaria virtualis relatio, neq. ille primus actus neceffarius est. Multoq. minus fufficere poteft illa difpofitio operantis, quae per illam conditionalem explicatur, quia ita eit affectus ad Deum, vt fi memoriae occurreret, itatim ad illum referret opus, quod facit. Hoc, inquam, non fufficit, fi vltra habitum requiritur alia relatio ex parte operantis. Quia Deus non iudicathominem ex his, quae facturus effer: fi hac, vel illa occasio occurreret, vt fupra libr. 1. & 3. contra Semipelagianos oftendit, ergo neque illa difpofitio hypothetica, vt fic dicam, poteft facere actum meritorium apud Deum, nec fupplere defectum relationis, quae neceffaria fupponitur. Sicut licet gentilis ita fit affectus ad idola, quod fi memoriae occurreret, quando dat elemofynam, effer demeritoria apud Deum, tanquam relata ad idola: ergo multo minus poteft fufficere fimilis difpofitio ad meritum praemij apud Deum, quia maior perfectio ad meritum, quam ad demeritum requiritur. Vnde perinde eit dicere, illam difpofitionem fufficere ad meritum, ac dicere folum habitum gratiae, & charitatis fatis effe. Nec refert, quod cum illa difpofitione coniungatur actus generalis omnino praeteritus, quia, vt dixi, etiam ille refpectu praefentis operis nihil addit habituali difpofitioni. Sicut in exemplo adducto de gentili, etiam fi in illo praecelsisset fimilis relatio vniuerfalis ad idola, fi eo tempore, quo fit operatio, nullo modo mouet ad illam nec per fe, nec per virtutem relictam, non reddit actum demeritorium, vt fupra libr. 1. eit probatum. Igitur data hypotheli, quod relatio operantis ex charitate eit neceffaria ad meritum boni operis moralis, veriffimum profecto eit, illam relationem obiectiuam non fufficere.

Confirmatur. Quod de facto non fit, nihil refert fuisse factum, si occurreret.

6. Probatur iam p. 3. opinione praecedentem, quod ad meritum virtutis aeternae primo pertinere ad charitatem, ad alias autem virtutes fecundario secundum quod earum actus a charitate imperantur: & in 3. d. 30. art. 5. ad 1. dicit gratiam esse principium merendi remotum, charitatem vero esse principium merendi proximum, & quaest. 26. de Veritat. art. 6. ad 8. dicit, radicem meriti esse charitatem: imo addit illi respondere praemium essentiale, operi autem ex suo genere respondere praemium accidentale, & q. 2. de Verit. seu vnica. de Charit. art. 2. ad 9. dicit. Omnes virtutes habere quandam formam communem a charitate, secundum quam sunt meritoriae vitae aeternae. Et quaest. 6. de Potent. art. 9. dicit: Omnes virtutes habere efficaciam merendi a charitate, quae nos vnit Deo a quo meremur, & perficit voluntatem, per quam meremur. Et plura fimilia loca apud D. Thomam inueniuntur. Idem fentit Alenf. 2. par. quaest. 96. memb. 3. art. 2. & 3. part. quaest. 24. memb. 4. art. 5. alias quaest. 61. memb. 6. art. 3. ad vltim. & 4. part. q. 101. memb. 3. artic. 3. & idem fentit Bonauent. loco fupra citato: & Scotus, & Gabriel, in eadem diftinct. & Durand. dift. 40. q. 2. & in 3. d. 23. q. 8. & ibi Palud. qu. 4. art. 3. & Almain. dift. 18. q. 1.

Secundo probatur, quia in Scriptura promissio beatitudinis praecipue fit charitati, vt in cap. 8. allegatum eit: ergo cum non tribuatur charitati, vt elicienti tantum, oportet, vt faltem ad illam pertineant aliquo modo, fcilicet vel elicientem, vel faltem imperantem. Ad hoc enim videtur alludere Apostolus dicens 1. ad Corinth. 13. Charitas patiens eit, benigna eit, &c. & adiungens, Si charitatem non habeam, nihil sum, nihil mihi prodeft: quod de charitate non folum inhærente, & quali otiofa, fed de operante, vel eliciente, vel faltem imperando. Et hoc recte confirmat illud ad Galat. 5. In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque preputium, fed fides, quae per charitatem operatur. Oportet ergo, vt fides excitet charitatem, & per illam alias virtutes moueat. Denique Iacobus cap. 1. Beatus (inquit) vir, qui fuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae quam repromiffit Deus diligentibus fe. Vbi propter patientiae opus dicit dandam effe coronam diligentibus promiffam, quia tunc patientia eit illo praemio digna, quando ex charitate exhibetur.

Etiam relationem ex parte operantis.

7. Secundo ex Scriptur.

8. Tercio ex Patribus.

Tercio idem sentire videntur Patres, quoties de nostris meritis, vel pijs operibus ad vitam aeternam conducentibus loquuntur, nam hoc tribuunt tantum operibus, quae procedunt aliquo modo a charitate, quam Spiritus sanctus in cordibus nostris infundit. Quod quidem probari in primis poteft illis testimonijs, quibus fupra probauimus, actualem influxum gratiae Christi ad fingula meritoria opera neceffarium effe, hoc enim maxime folet a Patribus probari, quia ad diligendum Deum, huiusmodi auxilium neceffarium eit, vt videre licet in Concil. Mileuitano c. 4. & in Auguft. lib. de Gratia Christi c. 18. vbi contra Pelagium ait non effe eandem radicem bonorum, & malorum operum, nam illorum eit cupiditas teftes Paulo 1. ad Tim. 4. Vbi admonet (inquit) debere intelligi, radicem bonorum omnium effe charitatem: diximus autem fupra, hoc effe intelligendum de operibus pietatis inter quae maxime opera meritoria computantur. Vnde in lib. de Corrept. & grat. capit. 2. explicando, quomodo hac gratia fit neceffaria ad omne bonum, ait, non folum vt monftrante ipfa, quid faciendum fit, fciant, verum etiam vt praefante ipfa, faciant cum dilectione, quod sciunt. Et ideo in lib. de Grat. & liber. arbit. cap. 17. charitatem ponit vt radicem omnium bonorum operum, & in illa maxime neceffitatem gratiae ad bene operandum conftituit, & libr. de Spirit. & liter. cap. 14. in fine cum dixisset: mandatum non feruari, (vtique fructuose) nifi fiat ex amore iustitiae: rationem subiungit, dicens. Non enim fructus eit bonus, qui de charitatis radice non surgit: & adducit verba Pauli ad Galat. 5. fupra citata, & libr. 1. de Morib. Ecclefiae, cap. 15. Spiritus (inquit) ad beatam vitam nos ducit, nihil omnino virtutem effe affirmauerim, nifi summum amorem Dei. Et inde confequenter virtutes omnes, vtique ad promerendam

Soto redarguitur.

Responsio aliorum ut in lib. 1. ostenditur. Vsq. &c. ad probationem factam impugnatur.

Id ostenditur 1.

Ostenditur 2.

16. Ostenditur 3. ac tota ipsa assertio confirmatur primo.

ex purgatione, & honestate naturali, sine actuali influxu gratiae fieri potest, ergo id non satis est, ut sit meritorium de condigno. Probatur consequentia, quia ostensum iam est, nullum actum meritorium fieri posse sine speciali auxilio gratiae. Vnde non video, qua probabilitate Soto, & alii auctores, qui concedunt, posse iustum aliqua moralia opera ordinis naturalis facere sine auxilio gratiae, concedant talia opera esse meritoria de condigno, hoc enim ex principio posito in ca. 7. vehementer improbat, & ex mox dicendis amplius impugnabitur. Alii vero auctores, qui negant talem actum bonum posse fieri ab homine iusto sine auxilio gratiae, putant se effugere vim rationis, negando illius antecedens, quia talis actus fieri non potest sine cogitatione congrua, quam verum gratiae auxilium esse putant. Veruntamen in lib. 1. ostensum est, illam non esse gratiam, nisi nomine tenus, sicut bonum ingenium, & temperamentum corporis aptum ad virtutem dici potest gratia, non est autem illa gratia, quae per inspirationem peculiarem Spiritus Sancti datur, de qua Concilia, & Sancti loquuntur. Vnde addo, quod licet illa cogitatio congrua detur aliquando ex speciali providentia Dei ultra id, quod debetur generali ordini causarum naturalium, & tunc maiorem habeat rationem gratiae, nihilominus illam solum non satis esse, ut actus ab illa procedens sit meritorius de condigno alicuius meriti supernaturalis. Probatur primo, quia talis actus in homine impii, vel peccatore non est meritorius de congruo alicuius auxilii, vel doni supernaturalis, ut in eodem lib. 1. & tertio contra eosdem auctores ostendimus, ergo nec in homine iusto sufficit ad meritum de congruo supernaturalis praemii: nam eadem proportio, vt ex dicendis infra de merito de congruo constabit. Secundo, quia ille actus licet procedat ex cogitatione congrua liberaliori modo data ex parte Dei non est moraliter melior, nec in maiorem laudem hominis operantis cedit, quam esset factus ex simili cogitatione congrua orta ac debita ex solo generali cursu causarum naturalium, ve contingere potest, vel in alio homine iusto, vel in eodem in alia occasione, sed quando cogitatio congrua habetur hoc posteriori modo, actus non est meritorius, vt ex iam probatis supponimus, ergo neque posteriori modo factus. Maior satis nota est ex dictis libro primo: quia illa maior liberalitas ex parte Dei non est circumstantia operis, vt ab homine procedit, sed est modus operandi Dei, quoniam immutat modum operandi hominis, neque illi aliquid addit. Consequentia vero probatur, quia meritum fundari debet ex parte actus in bonitate operis, & in moralis modo operandi hominis.

Tertio moueor maxime tam ad hanc partem, quam ad totam assertionem confirmandam, quia de ratione operis meritori est, ut sit ex fide, illa autem cogitatio congrua alioqui mere naturalis, siue proueniat, tanquam debita aliquo modo ex communi cursu causarum naturalium, siue ex aliqua Dei liberalitate, non est fides, vt per se patet, ergo actus ex vi illius tantum factus non est ex fide, ac subinde non est meritorius de condigno. Solum superest probanda maior propositio, quae videtur sufficiens probari ex illo ad Galat. 3. In Christo IESU, & neque circuncisio aliquid valet, neque preputium, sed fides, quae per charitatem operatur. Sicut enim ex eo quod Apostolus dixit. 1. ad Corinthios 13. loquens de quocumque opere virtutis: Si charitatem non habeam, nihil mihi prodest: recte colligimus, nullum opus, quantumvis aliunde bonum sine charitate factum esse meritorium de condigno, ita quia Paulus dicit, in Christo nihil valere, nisi quod fides operatur, recte colligimus, omne opus virtutis non factum ex fide, non esse meritorium de condigno apud Deum. Imo inde etiam colligimus, non satis esse habere fidem, etiam viam, nisi fides ip-

sa operetur: nam Paulus de fide operante aperte loquitur.

Secundo hoc ipsum non minus confirmat alter locus Pauli ad Roman. 4. vbi de Abraham duo simul dicit, quae apparent repugnantia, nisi recte distinguantur. Negat enim, fuisse iustificatum ex operibus, & affirmat fuisse iustificatum ex fide iuxta illud, quod de illo scriptum est. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam*, quod de quadam secunda iustificatione Abraham dictum est Gen. 15. vt supra l. 8. tractatum est, ergo intelligit Paulus etiam secundam sanctificationem non fieri ex operibus, vtique à fide non procedentibus, de his enim in illa propositione negativa loquitur, vt cum August. in eodem l. 8. probauimus. E contrario vero affirmat, talem sanctificationem fieri ex fide, sub qua etiam opera, quae à fide procedunt comprehendit: nam & ipsa fides opus quoddam est, quod Christus postulabat, cum dicebat Ioan. 6. *Operamini non cibum, qui perit, vt ibi Augustinus ponderat*, ergo nulla opera bona, etiam si in homine iusto existant, sunt meritoria de condigno, alioqui mererentur augmentum iustitiae, & ita illa esset quaedam iustificatio ex operibus. Neque enim possunt vere dici talia opera esse ex fide solum quia in persona supponitur habitus fidei, tum quia vt in dicto loco lib. 8. ponderavi, particula, *ex*, nec temporis ordinem, nec solum concomitantiam dicit, tum etiam quia respectu talium operum fides illa ociosa est, & perinde se habet, ac si non esset.

Tertio confirmat hoc ipsum testimonium Iacobi cap. 2. nam veluti exponens Paulum. vt Augustinus notauit. dicit. *Abraham ex operibus iustificatus esse, quoniam fides cooperabatur operibus illius*. Vbi euidentius loquitur de iustificatione quoad augmentum iustitiae, & de merito proprio, vt exposuit Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 10. Dicit autem Iacobus, illa opera Abraham habuisse tale meritum, quia fides viua illis cooperabatur. Et aperte sentit hoc fuisse necessarium ad talem iustificationem ex operibus, nam illam causalem addidit Iacobus, vt tacite explicaret, quae opera non iustificarent, etiam si in homine fidei, & iusto inueniantur iuxta sententiam Pauli. Atque hoc ipsum notauit Cardinalis Bellarminus libro. 2. de iustificat. capit. 19. §. *Respo. deo*, dicens, Abraham iustum iam fuisse eo tempore, cum dictum fuit, reputatum esse eius fidem ad iustitiam, & nihilominus dicere Paulum, illum non fuisse iustificatum ex operibus, sed ex fide, quia opera eius ex fide procedebant, *Excludit autem* (inquit) *Apostolus opera, quae Abraham facere potuisset, non ex fide*. Nam etiam hi, qui fidem habent, aliquando operantur non ex fide, vt cum peccant, aut cum faciunt opera pure moralia, & addit, de talibus etiam operibus verificari, quod Paulus ait. *Si Abraham iustificatus est ex operibus* (vtique non procedentibus ex gratia fidei) *habet gloriam, sed non apud Deum*. Possemus tandem ad hanc doctrinam confirmandam asserere testimonia Scripturae, Conciliorum, & Patrum, praesertim Augustini, dicentium, fidem esse initium omnis iustitiae, & meriti apud Deum, quae adduximus in lib. 1. cap. 16. & 19. & ideo illa nunc omitto. Videri tamen potest Augustinus epistol. 105. & praefat. in Psalm. 31. Ex his ergo concludo, cogitationem congruam mere naturalem, siue appellatur gratia, siue non, sed naturae debita, supposito talium causarum ordine, non posse esse sufficiens fundamentum meriti apud Deum ex parte intellectus, hoc enim testimonia adducta conuincunt. Et ratio sufficiens est, quia sine fide impossibile est placere Deo, quod non solum de persona, sed etiam de singulis actibus eius proportionem seruata Sancti intelligunt, & inde etiam inferimus, etiam ex parte voluntatis requiri ad opus meritorium maius auxilium gratiae, quam soli cogitationi naturali correspondere possit, vt iam probauimus.

Dico ergo tertio actum virtutis acquirite debere fieri propter

17. Confirmatur 2.

18. Confirmatur 3.

Vnde posita confirmari.

4.

Concluditur cogitationem congruam non posse fundare meritum.

19.

Pp 4

Affertio. 3.
actus pra-
dicti requi-
runt ad me-
ritum fieri
ex motu
supernatu-
rali, & id
satis est so-
perans sit
in gratia.
Vnde pro-
betur. 1. af-
fertio
pars prior.

Vnde 2.
probetur ea-
dem pars
prior.

propter aliquem supernaturalem finem, seu ex mo-
tuo aliquo supernaturali, ut possit esse meritorius
de condigno, quod si homo iustus ita operetur, id fa-
tis erit, ut per talem actum de condigno mereatur.
Prior pars huius assertiois sufficienter sequi vide-
tur ex precedenti, tum quia si actus virtutis acqui-
sitæ, & consequenter bonus ex solo motu naturali
non sufficit ad meritum, profecto necessarium erit,
ut bonitas superioris ordinis illi addatur, hæc autem
addi non potest sine aliquo superiori motu, tum
etiam quia si ex parte intellectus est necessaria fides
ad meritum, ut probatum est, etiam ex parte volun-
tatis necessaria erit aliqua supernaturalis intentio:
nam istæ potentia cum proportionem eleuantur ad o-
perandam, vel merendam iustitiam, neque alia ra-
tione requiritur fides ad operationem meritoriam
voluntatis, nisi ut proponat ei obiectum aliquo mo-
do supernaturali, & modo consentaneo ad superna-
turaliter operandum. Deinde probant hanc partem
huius assertiois testimonia, quæ dicto cap. 7. indu-
ximus ad probandam necessitatem auxilii gratiæ, &
supernaturalis actus ad meritum, ponderando illas
particulas à Christo additas, cum talibus operibus
præmium promittit, scilicet, *in nomine meo*, propter no-
men meum, *in nomine iusti*, Propheta, aut discipuli. Nam
hæc, & similia motuum aliquod supernaturale
significant. Et hoc confirmat illud Matth. 5. *Si dili-
tis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* nam his
verbis significavit Christus dilectionem naturalem
ex sola humana amicitia, vel gratitudine, etiam si
bona sit, non habere mercedem apud Deum, sed ne-
cessariam esse dilectionem aliquo modo supernatu-
ralem. Vnde est illud Gregorii homilia 27. in Euan-
gel. *Sunt nonnulli, qui diligunt proximos, sed per affectum
cognitionis, & carnis, quibus tamen in hac dilectione sacra
eloquia non contradicunt, sed aliud est, quod sponte impendi-
tur naturæ, aliud, quod præceptis Dominici ex charitate de-
betur obedientie.* Et addit, quod, ad rem nostram spe-
tat. *Hi nimirum, & proximum diligunt, & tamen illa
sublimis dilectionis præmia non assequuntur.* Quod certe
eadem, vel minori ratione de cæteris actibus ex solo
motu naturali factis dici potest. Et sumitur etiam
ex Leone Papa sermone septimo. Quadrag. capite se-
cundo: ubi de operibus misericordiæ, ait. *Non sunt
fraudanda sua laude, si propter naturæ communicationem fi-
ant: sed quia non ex fidei fonte procedit, ad præmia æterna non
perueniunt, ideo alia est conditio operum celestium, alia terre-
strium.* Vbi sola bona opera ex fide procedentia vo-
cat celestia, id est digna celesti merito, de aliis ve-
ro, quæ terrestria vocat, solum dicit habere suam
laudem, utique apud homines, non apud Deum,
quoad spiritualia, scilicet præmia. Idem sentit Au-
gustinus, vel auctor libr. de Ecclesiasticis dogmat. c.
64. dicens. *Melior est continentia (scilicet quam nup-
tiæ) sed non sibi sufficit ad beatitudinem, si pro solo amore
pudicitia retinetur, sed si, & cum affectu causæ vacandi Do-
mino eligatur.* Est autem ratio generalis supra tacta,
quia in actu mere naturali non est proportio ad su-
pernaturalem finem, & ideo necesse est, ut ad illum
ordinem eleuetur, quod sine aliquo fine, aut motu
supernaturali fieri non potest. Vnde Dicitur Thomas
in secundo dist. 27. quæstione 1. art. tertio, recte di-
xit, meritum, & præmium hanc proportionem ser-
uare debere, ut saltem sint eiusdem ordinis, ita ut si
præmium excedit facultatem naturæ, ita etiam, &
meritum. Et in prima parte quæstio. 62. artic. quar-
to, ad primum & 2. dixit Angelum non meruisse,
nisi per bonum opus superans naturales vires eius.

20.
Posterior
pars asser-
tionis.
Probat. 1.

Hinc autem facile probatur altera pars assertio-
nis. Primo eisdem Scripturæ testimoniis, quia dum
promittunt mercedem sic operantibus, non requi-
runt ad meritum verum, & proprium altiore mo-
do operandi. Vnde si iustus fieri operetur per virtu-
tes morales sine alio imperio superioris virtutis præ-
terquam illius, ad quam pertinet finis, seu motuum

supernaturale, propter quod operatur, implet con-
ditionem sub qua promissa est merces: ergo meretur
illam, & suo tempore illam consequetur, cum Chri-
sti promissio non possit deficere. Secundo probari po-
test assertio testimonio, & rationibus, quibus ca-
pite precedenti probauimus, actus morales per se
in se ipsos non indigere alia relatione extrinseca ad me-
ritum, nam ex eodem applicari possunt ad actus virtu-
tum moralium acquirarum factos ex aliquo super-
naturali fine, quia eo ipso virtualiter ordinantur ad
finem ultimum supernaturalem, non quidem rela-
tione virtuali proveniente ex alio priori actu volun-
tatis elicto, sed relatione inclusa illomet actu respi-
cientem motuum supernaturalem, ergo est in tali actu
sufficiens proportio ad meritum similis illi, quæ in
actu infuso inuenitur. Tertio probatur assertio quia
in tali actu inueniuntur omnes conditiones necessa-
riæ ad meritum supposito statu gratiæ in persona o-
perante. Et ad hoc possunt iterum ponderari verba
Concilii Tridentini in capite. 16. ubi positus fere his
conditionibus ex parte actus, quod sit bonus, & ex
influxu Christi in membrum sibi coniunctum sicut
vitis in palmitem, addit, *Nihil amplius illis deesse creden-
dum est, &c.* ergo ille modus operandi ad proprium
meritum talium operum sufficit.

Quarto specialiter hoc probatur excludendo
necessitatem alterius relationis, quæ per proprium
actum charitatis, & dilectionis Dei fiat. Quia dupli-
citer cogitari potest, quod actus charitatis præce-
dens tempore, vel natura sit necessarius ad hoc me-
ritum. Primo, quia est simpliciter necessarius, ut ho-
mo possit operari ex motu supernaturali, vel quia
licet non sit necessarius, ut alius actus fiat ex alio
inferiori motu supernaturali, ultra hoc necessarium
est ad meritum, ut fiat ex motu ipsius finis ultimi
super omnia dilecti, neutrum autem horum dici po-
test, ergo. Prima pars Minoris probatur primo, quia
licet iustus non habuerit actum charitatis, potest per
fidem cogitare de aliis motu supernaturalibus,
verbi gratia, de redemptione suorum peccatorum,
de excellentia præmii, spe illius, & similibus, quæ per
se sufficienter mouere voluntatem, etiam si ab altiori
motu bonitatis Dei nunc non excitetur, neque per
actum præsentem, neque per virtutem ab eoreli-
ctam, ergo potest voluntas ex illis motu superna-
turalibus impetrare sibi actus naturales, quia cogita-
ri possunt media ad illos fines vitia, ergo non est ne-
cessaria alia superior relatio, ut illi actus tali modo
supernaturali, quantum minus perfectio fiant. Et con-
firmatur: nam isto modo potest interdum operari fi-
delis in peccato existens, dando eleemosynam pro-
pter aliquem extrinsecum finem supernaturalem, li-
cet nondum Deum super omnia diligat. Et intra or-
dinem naturæ potest homo honeste operari, & pro-
pter intrinsecam honestatem obiecti, & ordinando
illam ad alium finem honestum, eiusdem ordinis,
quantum Deum etiam ut auctorem naturæ nunquam
super omnia dilexerit, neque in ipsum reuerent, vel
omnes actus suos in generali, vel illos in particulari,
ergo etiam in ordine gratiæ non repugnat ille mo-
dus operandi sine alia superiori relatione, quæ in pri-
ori actu ipsius operantis fundetur.

Sed dicunt aliqui, quod licet sit verum præce-
dentem actum charitatis non postulare propter ip-
sum actum inferiorem, ut ex proprio imperio for-
mali, vel naturali charitatis fiat, nihilominus esse
necessarium, quod ille charitatis, vniuersalem rela-
tionem cæterorum operum continens, præcedat, ut
homo possit esse iustus, & consequenter ut alius ac-
tus possit esse hominis iusti. At hoc non recte dicitur.
Primo, quia illo modo confunditur conditio
necessaria ex parte personæ merentis cum conditio-
ne requisita ex parte actus, quo ad supernaturalita-
tem eius, vel relationem in finem supernaturalem.
Nam illa necessitas dilectionis Dei si qua est, solum
est,

est, vt disponat hominem ad iustificationem. Vnde si hoc semel faciat, ad meritum alterius actus, in quem nullo modo moraliter influit, nihil conferre potest, vt supra satis ostensum est. Deinde in rigore falsum est, quod sumitur: nam infans baptizatus perueniens ad usum rationis non indiget tali actu charitatis, vt iustificetur, nam ad illum statum iustus peruenit, & potest incipere operari per fidem, & alias virtutes prius quam per charitatem operetur. Similiter adultus iustificatus per Sacramentum cum sola attritione potest ex pietate fidei dare elemosynam alteri fidei, vel Religioso, prius quam actum elicitum dilectionis Dei, vel relationem vniuersalem suorum operum in ipsum faciat, imo etiam extra Sacramentum potest interdum homo iustificari per contritionem sine illa formali relatione, & ante illam postea dicto modo operari, ergo ille actus dilectionis, vel illa relatio non est simpliciter necessaria, vt possit homo iustus hanc opera facere ex alio sine supernaturali minus perfectio.

23. *Impugnatur deinde producta aequalis relatio, tanquam necessaria, nec ex illa eliciatur opus merito dignum.* Superest probanda altera pars, scilicet non esse necessariam praeiudicem propter meritum. Et in primis satis constat non esse necessariam propter solam relationem obiectuam, cum illa nihil morale addat actui, qui postea fit sine aliquo influxu illius, vt satis probatum est. Deinde certum iudico non esse necessariam formalem relationem, vt ex sententia fere ab omnibus Theologis recepta ostendimus, atque etiam probauimus, nulla auctoritate, vel probabili ratione id suaderi. Imo incredibile videbitur, si quis consideret illum modum operandi non esse communem iustorum, sed magnam perfectionem postulare, ideoque dici posse singulare perfectum. Cum autem Christus non solum perfectus, & perfecte operantibus, sed etiam omnibus mandata seruantibus vitam aeternam promiserit, non est verisimile, postulasse ad meritum gloriæ singularem modum operandi perfectum. Denique quod nec virtualis etiam relatio necessaria sit, non parum persuadet ratio proxime facta, quia etiam ille modus exercendi alias virtutes est valde perfectus, & satis rarus, saltem in frequenti operatione virtutis, vnde neque est praeceptus, neque vlla sufficienti ratione, aut auctoritate probatur, necessarius ad meritum, vt ex solutionibus argumentorum patebit. Imo si attente ponderentur loca Scripturae supra allegata, in quibus vita aeterna promittitur bene moraliter operantibus ex motu aliquo supernaturali valde probabiliter ex illis colligitur, illum modum operandi, & quodcumque ex illis motibus sufficere ad meritum, siue motuum pertineat ad obedientiam fidei, siue ad fiduciam spei, siue ad cultum Christianae religionis, siue ad placandum Deum, siue ad specialem affectum Christi, imo & Virginis, vel alicuius Sancti, vel alio simili, etiam si ex altiori motu, vel actu charitatis neque actu, neque virtute procedat. Cum ergo Scriptura non amplius requirat, & hoc sufficiat, vt opus sit proportionatum ad meritum, non est cur Dei liberalitatem, & promissiones restringamus, cum magis sit consentaneum diuinæ providentiæ, vt modo accommodato humanæ fragilitati, & conditioni hæc omnia ordinauerit.

24. *Ad Scholasticos antiquos in n. 6.* Solum superest, vt ad motiua in contrarium adducta respondeamus. Et in primis de antiquis Scholasticis dicimus, solum intendere, necessarium esse ad meritum, vt opus aliquo modo pertineat ad supernaturalem charitatem, & in illa fundetur, & radicetur, hoc autem habet eo ipso quod fit ex motu quocumque supernaturali, dummodo fiat ab amico Dei, quia est proportionatum amicitiae diuinæ, & de se tendens in finem charitatis, quæ in operante supponitur. Neque plus probant testimonia Scripturae vt ex aliis testimoniis eiusdem Scri-

pturae probatur: nam optimus modus exponendi Scripturam, est, vt quadam loca per alia explicentur. Vnde quocies ille, qui habet fidem charitate formatam operatur ex supernaturali motu consentaneo ipsi charitati, dici potest fidem per charitatem operari, quia operatur secundum praecepta, & regulas charitatis, & quia omnes virtutes, quæ proxime operantur in tali merito, ab ipsa charitate originem ducunt, & in ipsa radicantur. Simili modo satis fit testimoniis Patrum, in quibus est præterea aduertendum, cum dicunt, ad diligendum Deum esse necessarium auxilium gratiæ, non solum loqui de affectu interno dilectionis, sed includere etiam dilectionem exercitam (vt sic dicam) ipso opere, & obseruatione mandatorum, propter hanc enim dixit Ioannes prima cano. capite. tertio. *Diligamus opere, & veritate.* Vnde qui facit aliquid etiam humanum, quale est, verbi gratia, obedire Principi, vel Domino temporali, quia sic est voluntas Dei, vt dixit Petrus, prima cano. capit. secundo merito dici potest diligere Deum ipso opere, & ad illum modum diligendi est etiam gratia maxime necessaria. Et in hoc sensu maxime loqui solet Augustinus. Adeo vt aliqui putauerint, nomine charitatis ipsum intelligere non solum affectum Dei, aut proximi, sed etiam quemlibet amorem iustitiæ præsertim supernaturalis, vt in superioribus vidimus, quod generaliter loquendo, non probauimus, in vno autem, vel alio loco potest tolerari, præsertim vbi generalius loquitur de amore iustitiæ, vt indicat libro de Spirit. & liter. capitulo 32. & libro 21. de Ciuitat. Dei capite. 26. vbi de victoria vitiorum dicit: *Non fieri veraciter, atque sinceriter nisi vere delectatione iustitiæ, quæ est in fide Christi, & tamen subiungit. Tunc victa vitia deputanda sunt, cum De amore vincuntur,* quod potest intelligi de amore Dei, quod in ipso opere, & affectu implendi voluntatem Dei, vel colendi ipsum, vel alio simili includitur, quauis etiam possit intelligi de proprio amore Dei super omnia, sine quo integra vitiorum victoria esse non potest.

Ad primam rationem respondetur solum probare, opus morale non esse proportionatum merito, nisi sub aliqua relatione supernaturali ex parte operantis fiat, non probat autem, quod præter hanc relationem sit necessaria propria relatio charitatis procedens aliquo modo ab actu elicitio eius, quia prior sufficit, vt actus sic factus sit proportionatus ultimo fini supernaturali, & tanquam medium per se, & ab intrinseco tendens in illum. Ad secundam concedimus meritum hoc fundari in amicitia hominis cum Deo, quam facit charitas simul cum gratia, propter quod optime dicitur, omne meritum radicari in charitate. Dico tamen, moralia opera facta ex supernaturali motu ex se, & ex vi illius modi, quo sunt, esse opera istius amicitiae in actu exercito, vt sic dicam, etiam si à proprio, & elicitio actu amoris non imperentur. Sicut inter homines, qui beneficia conferunt filio amici solum, quia filius eius est, verum opus amicitiae exercet, etiam si tunc non eliciat internum actum amoris circa amicum, neque talis actus præcesserit, aut ad beneficium conferendum mouerit. Ad tertiam similiter respondeo sicut operari facta sunt apta ad meritum, ita esse apta ad augendam gratiam, quia non augent illam physice, sed meritorie, & ad hoc satis est, vt ab illa procedant media aliqua virtute per se infusa, saltem vt referent, & ordinant tales actus ad aliquem finem supernaturalem.

Sed obiici potest, quia hinc videtur sequi solum tribui hoc meritum actibus virtutum infusarum, & non moralibus actibus virtutum acquiritarum. Probat sequela, quia actus moralis si fiat ex motu supernaturali eo ipso est actus virtutis infusæ, nam in hoc solum distinguitur ab acquisita, ergo si hoc

Ad testimonia Scripturae in n. 7.

Ad Patrum in n. 8. adductos.

25. *Solutio prima rationis in n. 9.*

Ad secundam

Ad tertiam

26. *Obiectio.*

